



C A P V T XIV.

DE LECTIONE TESTAMENTI, ET PVBLI-
catione illius coram testibus, an ea deficiente imperfecta dica-
tur voluntas testantis, & imperfectum testamentum ratione
voluntatis in casu quo ob impedimentum superveniens testa-
tori testamenti scriptura non fuit lecta, nec publicata; & quid
si testator in scriptis & non in alia forma testari voluit, aut de-
stinavit quod sua dispositio legeretur coram notario, & testi-
bus: aut quando distulit publicationem facere in aliud tempus
& interim decessit, & an presumatur in dubio testamentum
lectum, & publicatum, & quid importet
clausula actum coram me, &
testibus.

S V M M A R I V M.

Lectione testamenti, &
publicatione illius co-
ram testibus deficien-
te, testamentum imperfectum
ratione voluntatis est secun-
dum opinionem multorum qui
referuntur. 1. & 2.
Lectio, & publicatio est de sub-
stantia testamenti. 3.
Lectio est de substantia instru-
menti publici, sive scriptu-
re. 4.
Testamento non lecto non constat

de ultimata voluntate testato-
ris. 5.
Testamentum si non legatur po-
test aliud continere, quam te-
stator dixit. 6.
Lectio, & publicationis defe-
ctus in testamento est defectus
solemnitatis, non voluntatis
supplendus ex impedimento
supervenienti. 7.
Cancerius notatur. 8.
Ratio conclusionis proponitur. 9.
& 10.

Le-

Lectio, & publicatio non est ne-
cessaria in testamēto inter li-
beros, & ad pias causas. 11.
Lectio, & approbatio testatoris
necessaria est quando testatur
quis in scriptis, & non in alia
forma. 12.
Ex vocatione notarij non videtur
testatorem se adstringere ad
testandum in scriptis. 13.
& 29.
Lectio testamenti necessaria est
quando testator destinavit,
quod sua dispositio publicaretur
coram notario, & testi-
bus. 14.
Publicatio testamenti licet non
sit necessaria, quando testator
voluit illam adhiberi, actus
aliter non valebit. 15.
Solemnitates que non sunt ne-
cessariae, si testator eas appo-
nendas duxit, & non apposuit
imperfectum reddunt testamē-
tum ratione voluntatis. 16.
Publicatio est de substantia testa-
menti quando testator distulit
in aliud tempus publicationē
facere. 17.
Voluntas hominis vsque ad mor-
tem est ambulatoria, ibidem.
Paulus Castrensis, Ludovicus
Iuntus, & Franciscus Purpu-
ratus referuntur. 18.
Capicius Galeota in questione
principali convincitur. 19.
Lectio defectus vitiat scriptu-

ram non testamentum. 20.
Omissio dici vitiat instrumen-
tum. 21.
Omissio diei non vitiat testamen-
tum nuncupativum. Ibidem.
Testamentum nuncupativum de
quo confecta est scriptura ut
in vim instrumenti valeat diē,
& locum continere debet. 22.
Testamentum nuncupativum po-
test fieri cum notario, & testi-
bus in scriptura, & etiam sine
illo, & sine scriptura. 25.
Testamentum nuncupativum cū
scriptura lectionem omnino
requirit. 26.
Testamentum nuncupativum non
lectum propter impedimentū
sustinetur si voluntas testibus
probetur: Ibidem.
Peregrinus, Gratianus, Bertazo-
lus, & Morotius notantur. 30.
Testamentum presumitur lectum
si non appareat imperfectum,
& incompletum. 31.
Clausula actum probat lectum
testamentum: Ibidem.
SI scriptura testamenti
non sit lecta, & publi-
cata coram notario, &
testibus, quia testator qui
fecit, & complevit ultimāte
totum testamentum, deces-
sit, & mortuus est, antequā
ei legeretur; dicunt multi
voluntatem testantis hoc in

casu esse imperfectam, & testamentum invalidum vt imperfectum ratione voluntatis, & sic tenent Ioannes Andreas in addit. Speculat. tit. de instrum. edit. §. compendiose in addit. magna Angelus conf. 400. col. 2. Iason conf. 68. col. ultim. lib. 1. Decius conf. 488. num. 15. Ludov. Bologn. conf. 53. col. 1. Menochius conf. 42. nu. 14. lib. 1. Petrus Surdus cōf. 414. num. 16. Mantica de coniectur. ultim. volunt. lib. 2. tit. 4. num. 6. cum multis Mascard. de probationibus tom. 3. conclus. 1358. num. 74. cum alijs Magdalenus de numero testium 2. p. cap. 5. num. 16. Gaspar Antonius Thesaurus videndus questionum forensium lib. 4. q. 28. per totam, & multi relati à Castillo lib. 4. controvers. cap. 21. ex nu. 87. cum seqq. vbi fuisse omnia in vnum cumulans tractat questionem. Breviter, & resolutivè cum Bartulo, Castrensis, Alberico, & Baldo Antonius Gomez in l. 3. Tauri nu. 107. Tellus Ferdinandez sibi dem 2. part. nu. 19.

3 Probatur primo hæc opinio ex eo, quod publicatio, & lectio est de substantia testamenti, l. fideicommissa, §. quoties. ff. de legat. 3. l. 103. tit. 18. p. 3. que lectione requirit,

ibi: Debe ser leido, y fecho ante siete testigos. Et ad substantiã scripturæ requiritur lectio; ita vt ea omissa non erit instrumentum, nec scriptura publica. l. 13. tit. 25. lib. 4. Recopilat. Ergo deficiente lectione, & publicatione substantia deficit testamenti, & per consequens imperfectum, & invalidum erit testamentum.

5 Probatur secundo, quia ante lectionem, & publicatione testamenti, non constat de ultima voluntate testatoris, potest enim cum legeretur addere, vel mutare testator: ergo imperfecta erit voluntas nõdum lecta scriptura testamenti.

6 Probatur tertio, quia si talis scriptura, vel testamentum non legatur potest aliud continere quam testator dixit: ergo ante lectionem perfecta non est voluntas testatoris, perfectam enim dicimus esse cum constat plenè de omnibus, quæ voluit, & imperfectam quando non constat, vt supra cap. 2. & cap. 9.

7 Verum contraria opinio magis recepta est, & ita defectum lectionis, & publicationis defectum esse solemnitatis, non voluntatis supplendū ex impedimẽto superveniẽ-

te

te, tenent Dinus, Aretinus, Bart. & Romanus, quos refert, & sequitur Decius conf. 158. n. 3. Alexander conf. 76. lib. 3. nu. 1. & conf. 114. nu. 7. vol. 7. Castrensis conf. 450. n. 2. lib. 7. Ruinus conf. 15. num. 20. lib. 2. Ioannes de Anna conf. 57. bene Fraciscus Purpuratus cōf. 15. vol. 1. Ioan. Mar. Riminaldis conf. 319. n. 25. vol. 2. Bertazolus conf. civil. 88. lib. 1. nu. 1. Cephalus cōf. 294. lib. 2. Morotius conf. 34. Menochius conf. 224. nu. 35. & 44. lib. 3. & conf. 1189. num. 12. & 13. lib. 12. & de presumptionibus lib. 4. pres. 5. num. 7. Hondedeus cōf. 77. lib. 1. Simon de Præcis cōf. 85. nu. 9. Surdus decis. 292. nu. 4. Peregrinus decis. 80. num. 4. & 7. Rota in novissimis decis. 173. part. 2. Tiraquellus de privilegijs pie cause, privil. 6. videndus Peralta in l. si quis in principio testamenti, ff. de legat. 3. num. 43. Alvaradus de coniecturata mente defuncti lib. 3. cap. 2. §. 1. num. 14. Menchaca de success. creat. lib. 3. §. 24. num. 83. Azevedus in l. 1. tit. 4. num. 64. lib. 5. Recop. Matieus ibidem gloss. 7. n. 4. Covar. in cap. relatum el. 1. n. 11. de testamentis, Burgos de Paz in l. 3. Tauri, 1. part. n. 202. vbi n. 205. dicit ita iudicatum in Regia Chancel-

81

laria Princiana: & conf. 1. nu. 3. Reinoso observat. 48. Guzmã verit. iur. 15. n. 14. Parladorus differentia 15. nu. 11. Ayora de partitionib. 3. p. q. 24. n. 69. Flores de Mena lib. 1. variar. q. 1. n. 43. Castillo d. cap. 21. num. 24. 90. & 112. & cap. 22. a nu. 119. & lib. 5. cap. 71. & in Rota iudicatum refert Gratia nũs disceptat. forens. cap. 550. nu. 44. tom. 3. Marta de success. legat. tom. 2. part. 4. quest. 1. art. 7. a n. 23. vs que ad 51. & voto 8. num. 13. Bonacina tom. 2. d. spũ. 3. quest. 17. puncto 1. num. 12. vers. ex quo. Iacobus Cancerius lib. 1. var. cap. 4. in 2. impressione numer. 95. Qui consultus fuit in casu quo quidam Barcinonensis fecit testamentum nuncupativum adhibito notario, & testibus, coram quibus suam declaravit voluntatem, quæ per notarium fuit scripta: deinde cum notarius vellet recitare, quæ scripserat, mortuus fuit testator, & notarius tale testamentum vt imperfectum in publicam formam redigere nequivit, hæres voluit confici testamentum ex testibus, & notarij depositionibus, qui voluntatem audierant: dubitatum fuit, an testamentum illud valere potuisset

vt

vt nuncupativum, & valere declaravit Chatalonia Senatus, vt dicit ipse Cancertius n. 28. Et idem iudicatum in Regia Chancellaria Granatensi in controversia cuiusdam testamenti facti à Roderico Fernandez del Pozo Presbitero, quod ob mortem supervenientem non potuit religidi, dictum est mihi, in qua causa doctam edidit iuris allegationem pro valore testamenti Licetiatius D. Balthasar de Villanueva Cordubens. quæ post hæc scripta ad manus meas pervenit, & multis relatis fundatur hæc receptissima opinio.

Ratio huius est, quia cum talis scriptura imperfecta, siue non completa prævento testatore per mortem, vel per impedimentum, ex quo illi sublata fuit onimoda potentia illam perficiendi, coram eo non potuisset religidi, vt ab ipso approbaretur, sequitur inde publicationem, & relectionem non esse de substantia testamenti, vt sine illa imperfectum voluntatis ratione dicatur; sed tantum esse solemnitatis defectum suppleendum ex impedimento superveniente. Verè namque dici nullo pacto potest, quod an-

te testamenti lectionem actus sit imperfectus quo ad agentis voluntatem, perfectus siquidem, & absolutus est, cum testator absolute perfecit, atque ex parte sua quidquid voluit compleverit; & ita cum in casu impedimenti solemnities testamenti suppleantur, l. si quis cum testamentum

25. ff. de testamentis, defectus equidem lectionis, & publicationis suppleri debet. Sic in testamento inter liberos, & ad pias causas cum sustineantur sine solemnitatibus lectio, & publicatio non est necessaria. Tiraquellus de

privil. pia causa privil. 6. Julius Clarus §. testamentum quest. 7. num. 3. Azevedus in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. num. 65. Covarrubias in cap. relatum el. 1. num. 11. vers. secunda conclusio de testamentis. Burgos de Paz in l. 3. Tauri num. 216. & conf. 1. nu. 2. Surdus decis. 292. num. 3. Ludovicus Iuntus in responso pro vxore num. 285. Ioannes de Anna conf. 57. Laurentius de Pinu conf. 6. numer. 13. vbi loquitur de testamento inter liberos non publicato propter mortis supervenientiam. Guido Papa decis. 538. num. 2. Gaillius lib. 2. observat. 112. num. 14. Minsingerus cent. 5.

observat. 28. num. 5. Castillo d. 13 cap. 21. nu. 102. & 105. Genua de scriptura privata lib. 6. cap. 1. num. 178. Diana Resol. moral. part. 7. tract. 6. resol. 124. vers. notandum.

12 Verum communis opinio aliquas patitur limitationes, prima est, quando testator in scriptis, & non in alia forma vult testari; tunc ergo necessaria est lectio, & approbatio testatoris non propter solemnitatem testamenti, sed ob perfectionem voluntatis, quæ non dicitur perfecta vsque dum scriptura sit lecta, & approbata: nam antea poterat testator addere, & minuere; & sic præsumendum est, cum tantum in scriptis voluit testari; quia vt dictum est cap. 9. num. 27. in huiusmodi testamento ex non perfectione scripturæ præsumitur imperfectio voluntatis; & si in alia forma testari noluit, & in scriptis testamentum non perfecit, quia non legit, nec approbavit, invalidum erit testamentum, non solum ob defectum solemnitatis sed ob defectum voluntatis. Sic Flores de Medina d. quest. 1. num. 38. Castillo d. cap. 21. num. 115. vers. quarta denique. Reinoso observatione

48. num. 28. in quo ani advertendum est, ex vocatione notarij testatorem non videtur se adstrinxisse ad testandum in scriptis, ita vt nollit testamentum aliter valere, quam si scriptura de eo conficiatur, nisi id expresse probetur. In dubio tamen ex eo quod deficiat approbatio, & lectio, hoc est el otorgamiento, non præsumitur imperfectio voluntatis, sed testamentum potius sustinetur vt nuncupativum. Ludovicus Morotius respons. 34. num. 27. Gutierrez pract. lib. 4. quest. 36. Simon de Prætis d. conf. 85. n. 9. Peregrinus decis. 80. num. 7. & 10. & supra cap. anteced. nu. 15. & infra cap. seq. continetur, & hic etiam latius infra tractatur.

14 Secundo limitatur quando testator ipse destinasset, quod sua ipsa voluntas, & dispositio publicaretur coram notario, & testibus iuxta leg. fideicommiss. §. 1. de legat. 3. nam tunc publicatio est de substantia testamenti, & illa deficiente testamentum erit nullum ex imperfectio voluntatis. Sic Guido Papa conf. 55. num. 3. ibi: In casu de quo agitur testator non habuit voluntatem suam pro perfecte declarata: quia vt in facto